

*Succincta Historiola, De tribus Conjunctionibus
Magnis Saturni scilicet Jovis nec non Martis,
Gedani exeunte Anno 1682. & initio Anni 1683.
ad 28. Maii st. n. usque, à Johanne Hevelio ob-
servatis.*

Mense Septembri anni præcedentis 1682. cùm *Cometa* sese oculis nostris prorsùs subduxisset, coepi tres superiores *Planetas Saturnum Jovem & Martem*, qui haud multùm ab invicem distabant, atque ad *conjunctionem* vergebant, aliquanto crebrius & diligentius, à die scilicet 17 Sept. novo nostro *Sextante orichalcico*, per plurimas distantias à diversissimis Fixis, quandoque etiam *Micrometro*, quanto fieri potuit, dimetiri; ut suo tempore ipsæ observationes docebunt. Hac vice solummodo tibi, vir præclarissime, in gratiam *Astrophilarum* primum referam, quid die 27 Sept. st. n. à me peractum sit; eo præsertim attento, quod nonnulli spem fecissent ea ipsa die, *Lunam* corniculatam decrescentem omnes tres modo dictos *Planetas* omnino tecluram; quæ *occultationes* ut rarissimæ, & quidem simul una exdemque die accident, sic sane merentur observari à quibusvis Rerum Cœlestium scrutatoribus. Quare & ego officio meo nolui deesse, sed summo mane, ab hora secunda, ad *Solis* occasum diligenter his congressibus invigilavi: & ut ut hæ *occultationes* de die incidérent, sperasse tamén me optime omnia notaturum; sed *Cœlum* omnino nubilem ab ipso *Solis* exortu ad Occasum usque id minime indulxit. Mane, hora 3 *Cœlo* aliquanto sereniori, *Lunam* tum tres reliquos *Planetas* nudo quidem confipxi oculo, sed *Luna* eo tempore adhuc ad septem circiter *gradus* removebatur s. f. s. Occasum versus; unde certo concludere poteram, ante meridiem *Lunam* motu suo reliquos tres *Planetas* haud affecuturum. Quantum autem ex inclinatione Cornuum *Luna* quoad *Planistarum* duorum colligere licuit, protinus perspiciebam, nullas fore *Occultationes*, sed tantum *transitus*; sic ut *Luna* infra illes superiores *Planetas* incederit. In qua opinione magis magisque etiam sum confirmatus: cum die subsequente 28 sc. Sept. mane, nec *Regulus* fuerit à *Luna* tectus, quæ stella, ratione utriusque *latitudinis* potius occultari debuisset.

Regulus

Regulus namque in ipsa *Conjunctione*, hora sc. 4' 6" distabat à superiori *Luna* cornu *Boream* versus adhuc 31' 55"; id quod optimo *Micrometro*, *Tubo*que egregio accurate observatum est; adeo ut nulla prorsus fuerit occultatio *Reguli*, sed tantummodo *Luna* transitus. Ita pariter accidit, die 25 Octob. circa illas *occultationes*, quas non nulli prædixerant. Nam *Jupiter* & *Saturnus* nec non *Mars* die 26 Octob. st. n. minime fuerunt à *Luna* obiecti; sed *Luna* satis longe infra *Planetas* incessit: quot vero minutis præcise, tempore *conjunctionis* à *Planetis* absfuerit, *Cœlum* sub nubilum adeo accurate *Micrometro* dimetiri minime tum concessit. Situm tamen *Jovis* & *Saturni* hac die 26 hora sci. 1 40' mane *Tubo* & *Micometro* dicto ex voto deprehendere mihi obtigit: quo tempore simul *Fixa* quædam satis conspicua (quod notatu dignum) dictis *Planetis* satis prope adhærebat. *Jupiter* sece cum tribus *Comitibus* tum offerebat, forte & quartus adfuit, sed ob nubeculas haud fuit conspectus. *Saturnus* distabat à *Jove* 16' 44"; *Jupiter* à *Stella* (ni fallor in armo dextro *Leonis*) 27' 55"; Rursus *Saturnus* à dicta *Stella* 38' 1". *Stella* dicta versatur modo juxta nostrum *Catalogum* in 19' 2' 9" *Leonis*, & latit. o 20' 45" B.

Die *Veneris* 30 Ottob. mane hora 5 rursus *Jovis* & *Saturni* distantiam dimensus sum; ea nimirum intentione (cum secundum *Ephemerides* conjunctio adhuc instaret, atque 3 Novemb. celebrari primum deberet) me jam *Jovem* aliquanto propiorem *Saturno* inventurum; sed spe plane sum frustratus. Siquidem distantia dicta, quæ die 26 Octob. 16' 44" hac die, 25' 5" extitit, atque sic nobiliter major reperta est. Unde certo colligere licuit *Conjunctionem* jam ante complures dies celebratam esse, quam *Ephemerides* calculusque primum die 3 Novemb. exhibent. Id quod subsequentes *observationes* adhuc clarius demonstrant. Nam loco, quod distantia *Jovis* & *Saturni* de die in diem (si *Conjunctio* instaret) paulatim minor fieri debebat, continuo aucta est. Die Solis 1 Nov. hor. 2 mane, ope *Micrometri* nostri dicta distantia extitit 31' 36" Et die *Luna* 2 Nov. eandem distantiam rursus reperi 35' 21"; die *Martis*, 3 Nov. mane hor. 1. jam 39' 9"; die *Mercurii* 4 Nov. Cœlo perquam sereno adhuc paulo major dicta distantia inter *Jovem* & *Saturnum* deprehensa, sic ut amplius meo *Micrometro* eandem dimetiri haud potuerim, sed *Sextante* per distantias eam impetravi. Ex quibus iterum iterumque fatis superque nunc patet, superiores *Planetas*, *Ephemeridum* computatores, omnemque *calculum* egregie elusisse, *Conjunctionemque Magnam* non die 3 Nov. sed longe citius incidisse; sic ut *Tabule* omnes feria correctione, etiam in superioribus *Planetis* (uti jam olim in *Mercurio*

curio meo sufficienter demonstravi) indigent: quemadmodum adhuc clarit ex subsequentibus horum *Planetarum* congressibus patebit.

Alteram igitur *Conjunctionem Magnam* quod attinet quæ incidere debebat si curdum *Ephemeridum* Scriptores die 26 Januarii hujus Anni currentis 168 pariter proposueram diligentissime observare, imprimis cum viderim adeo eno miter *Conjunctionem* hanc priorem à *calculo* recessisse. Sed *Calum* frequet nubilum impedit ut ab 21 Januar. ad 1 Febr. usque ne semel quidem *Pla netas* intueri potuerim. Hincque ab hac die av. diffissime incepi *Conjunctioni* hui rursus invigilare, quæ altera nunc vice ex retrogressionibus horum *Planetarum* superiorum incidere cebebat. Omnes autem & singulas *Observationes* tam Se tante, quam *Micrometro* egregio habitas, cum nimis longum foret, Amice Horande, hic apponere, hac vice non consultum esse duco, sed eas reservabo annum meum observationum *Climactericum* propediem edendum. Quare no nullas tantum & præcipuas *Micrometro* habitas hic apponam, quæ suffice huic Historioæ de trina hac notabili *Conjunctione Magna* videbuntur.

Mens. dies st. n.	Tempus ex Altitudin. correctum Hor.	Anno 1683. OBSERVATIONES Saturni & Jovis.	Distantia o' " "	Quo Instrumen.
Febr. 1. die ☽ vesp.	6 40 c	Dist. Satur. & Jov. inventa est 3300 partium; hoc est	○ 25 5	<i>Microm.</i>
Febr. 2. die ☽ vesp.	9 30 c	Dist. Satur. & Jov. inventa est 2900 partium; hoc est	○ 22 3	<i>Microm.</i>
Febr. 3. die ☽ vesp.	9 0 o	Dist. Satur. & Jov. inventa est 2500 partium; hoc est	○ 19 6	<i>Microm.</i>
Febr. 4. die ☽ vesp.	10 0 c	Dist. Satur. & Jov. inventa est 2300 partium; hoc est	○ 17 29	<i>Microm.</i>
Febr. 5. die ☽ vesp.	8 30 o	Dist. Satur. & Jov. inventa est 2100 partium; hoc est	○ 15 59	<i>Microm.</i>
Febr. 6. die ☽ vesp.	7 51 c	Dist. Satur. & Jov. inventa est 1850 partium; hoc est	○ 14 6	<i>Microm.</i>
Febr. 7. die ☽ vesp.	8 17 19	Dist. Satur. & Jov. inventa est 1700 partium; hoc est	○ 12 55	<i>Microm.</i>
Febr. 8. die ☽ vesp.	6 10 o	Dist. Satur. & Jov. inventa est 1600 partium; hoc est	○ 12 10	<i>Microm.</i>

Dic 9. Febr. vesp. hor. 9. 0' 0" *Calum* omnino nubilum extitit; nihilomi tamen semel *Planetas* *Tubo* conspexi per dehiscentes densissimas nubes; sed t tum temporis non concedebatur, ut debite *Micrometro* distantiam Satur. & J dimetri potuerim; oculo tamen fugitivo deprehendebam *Conjunctionem* ip jam celeb ratam esse nocte præcedente inter 8. & 9. Febr. Nam dicta dista jam paulo amplior modo apparebat. Prout etiam die Jovis 11. Febr. vesp. h 0' 0" factum est: nam distantia inter *Saturnum* & *Jovem* erat partium 2c h oc est ○ 15' 12" *Micrometro*, quæ die 8 Febr. tantum inventa est ○ 12' 10"

Ad hæc *Conjunctionem* jam esse celebratam, exinde certo constabat, quod u que *Planeta* cum ventre *Ursæ Majoris* non amplius, ut quidem die 8 Febr. e

tingebat, in linea subsisteret recta; tum etiam quod *Saturnus* non amplius ad Orbitam *Jovialium* sub angulo recto compmoraretur. Manifestum igitur est, etiam hanc *Conjunctionem magnam* intermedium omnes *Supputatores*, calculosque egregie elusisse, tum illos, qui *conjunctionem* hanc ad diem 27. *Januarii*, tum etiam eos qui ad 2 *Febr.* retulerunt: priores ad 12. fere dies, & posteriores mininum ad 4. vel 5. dies aberrarunt. Sic ut certum sit, quod haec intermedia *conjunction* longe tardius; illa vero prior longe citius contigerit, quam *Tabula* revera promiserint. Quamobrem omnimode allaborandum ab omnibus rerum Cœlestium cultoribus, ut ab istis maximis deviationibus *Tabula Astronomica* tandem depurgentur.

Quo autem hoc ipsum eo evidentius rediceretur, *observationes* singulis diebus subsequentibus, quoties *Cælum* tantummodo annuit, diligentissime continuavi, non solum *Micrometro*, sed etiam *sextante*, diversissimis distantias à plurimis fixis capiendas; verum ex iis tantummodo non nullas *Micrometro* acquisitas hic apponam.

Mens. dies st. n.	Tempus ex Altitudin. correctum. Hoc. "	Anno 1682. O B S E R V A T I O N E S <i>Saturni & Jovis.</i>	Distantiæ o , "	Quo Instrumento
Febr. 12. die ♀ vesp.	9 0 0	Dist. <i>Satur.</i> & <i>Jov.</i> capta est 2200 partium; hoc est	o 17 6	<i>Microm.</i>
Febr. 13. die ♂ vesp.	7 15 0	Dist. <i>Satur.</i> & <i>Jov.</i> capta est 2550 partium; hoc est	o 19 24	<i>Microm.</i>
Febr. 14. die ☽ vesp.	9 0 0	Dist. <i>Satur.</i> & <i>Jov.</i> capta est 2900 partium; hoc est	o 22 3	<i>Microm.</i>
Febr. 17. die ♀ vesp.	6 0 0	Dist. <i>Satur.</i> & <i>Jov.</i> capta est 3750 partium; hoc est	o 28 30	<i>Microm.</i>
Febr. 20. die ♂ vesp.	9 0 0	Dist. <i>Satur.</i> & <i>Jov.</i> capta est 5250 partium; hoc est	o 30 12	<i>Microm.</i>

Ex hisce igitur continuatis *observationibus* satis superque liquet, cum de die in diem *Planeta* ab invicem magis magisque discesserint, quod *conjunction* ipsa inter 8. & 9. *Febr.* revera jam fuerit celebrata.

Ab hoc vero tempore die 20. *Febr.* distantiam horum *Planetarum* *Micrometro* non amplius, ob nimiam eorum remotionem potui observare; nihilominus tamen singulis diebus *sextante* iis invigilavi; quo eorum locus postmodum cuique pateret, & ubinam, & qua die *stationem* celebraverint. Quas omnes suo tempore cuique sub oculos ponam, cum aliis notatu dignis *observationibus* aliorumque omnium *Planetarum*, post II. partem *Machina meæ Cœlestis* obtentis.

Denique adjiciendum pariter censeo *Astrophilum* gratia, quidnam circa tertiam eorum *conjunctionem*, Mense Maii observaverim; ut eo promptius eliciam, quid in *Italia* *Gallia* & *Anglia*, ab amicis hocce in negotio detectum sit; & ut videoas mi amice, *Saturnum* & *Jovem* a legibus *Astronomorum*, etiam tertia vice, quam longissime discessisse; imprimis cum *Cælum* ipsum mihi hic *Gedani* ex voto satis annuerit. Sed solummodo ab octavo *Maii* incipiam, ubi primum *Micrometro* Distantias superiorum *Planetarum* dimetri concessum fuit.

Mens.

Mens. dies st. n.	Temp : se- cund. Ho- rol. ambul. Hor. , "	Anno 1683. OBSERVATIONES Saturni & Jovis.	Distantia o , " "	Quo Instrumento.
<i>Maii</i> 8 die $\text{\textcircled{h}}$ vesp.	9 6 o	Dist. <i>Satur.</i> & <i>Jov.</i> inventa est 4300 partium ; hoc est	o 32 41	<i>Microm.</i>
<i>Maii</i> 10 die $\text{\textcircled{D}}$ vesp.	9 14 o	Dist. <i>Satur.</i> & <i>Jov.</i> inventa est 3750 partium ; hoc est	o 28 20	<i>Microm.</i>
<i>Maii</i> 11 die $\text{\textcircled{o}}$ vesp.	9 19 o	Dist. <i>Satur.</i> & <i>Jov.</i> inventa est 3450 partium ; hoc est	o 26 13	<i>Microm.</i>
<i>Maii</i> 12 die $\text{\textcircled{s}}$ vesp.	8 45 o	Dist. <i>Satur.</i> & <i>Jov.</i> inventa est 3050 partium ; hoc est	o 23 10	<i>Microm.</i>
<i>Maii</i> 13 die $\text{\textcircled{Z}}$ vesp.	9 15 o	Dist. <i>Satur.</i> & <i>Jov.</i> inventa est 2800 partium , hoc est	o 21 17	<i>Microm.</i>
<i>Maii</i> 14 die $\text{\textcircled{Q}}$ vesp.	9 45 o	Dist. <i>Satur.</i> & <i>Jov.</i> inventa est 2550 partium ; hoc est	o 19 23	<i>Microm.</i>
<i>Maii</i> 15 die $\text{\textcircled{h}}$ vesp.	9 30 o	Dist. <i>Satur.</i> & <i>Jov.</i> inventa est 2400 partium ; hoc est	o 18 15	<i>Microm.</i>
<i>Maii</i> 16 die $\text{\textcircled{C}}$ vesp.	9 30 o	Dist. <i>Satur.</i> & <i>Jov.</i> inventa est 2250 partium ; hoc est	o 17 6	<i>Microm.</i>
<i>Maii</i> 17 die $\text{\textcircled{D}}$ vesp.	9 40 o	Dist. <i>Satur.</i> & <i>Jov.</i> inventa est 2150 partium , hoc est	o 16 10	<i>Microm.</i>
<i>Maii</i> 18 die $\text{\textcircled{o}}$ vesp.	10 0 o	Dist. <i>Satur.</i> & <i>Jov.</i> inventa est 2100 partium ; hoc est Hac die extitit vera Con- junctio.	o 15 58	<i>Microm.</i>
<i>Maii</i> 20 die $\text{\textcircled{Z}}$ vesp.	11 45 o	Dist. <i>Satur.</i> & <i>Jov.</i> inventa est 2450 partium ; hoc est	o 18 37	<i>Microm.</i>
<i>Maii</i> 21 die $\text{\textcircled{Q}}$ vesp.	9 15 o	Dist. <i>Satur.</i> & <i>Jov.</i> inventa est 2650 partium ; hoc est	o 20 9	<i>Microm.</i>
<i>Maii</i> 22 die $\text{\textcircled{h}}$ vesp.	9 20 o	Dist. <i>Satur.</i> & <i>Jov.</i> inventa est 2900 partium ; hoc est	o 22 3	<i>Microm.</i>
<i>Maii</i> 23 die $\text{\textcircled{C}}$ vesp.	9 5 o	Dist. <i>Satur.</i> & <i>Jov.</i> inventa est 3250 partium ; hoc est	o 24 43	<i>Microm.</i>
<i>Maii</i> 24 die $\text{\textcircled{D}}$ vesp.	10 6 o	Dist. <i>Satur.</i> & <i>Jov.</i> inventa est 3600 partium ; hoc est	o 27 22	<i>Microm.</i>
<i>Maii</i> 25 die $\text{\textcircled{o}}$ vesp.	9 30 o	Dist. <i>Satur.</i> & <i>Jov.</i> inventa est 4000 partium ; hoc est	o 30 25	<i>Microm.</i>
<i>Maii</i> 26 die $\text{\textcircled{s}}$ vesp.	11 0 o	Dist. <i>Satur.</i> & <i>Jov.</i> inventa est 4453 partium ; hoc est	o 33 50	<i>Microm.</i>
<i>Maii</i> 27 die $\text{\textcircled{Z}}$ vesp.	9 25 o	Dist. <i>Satur.</i> & <i>Jov.</i> inventa est 4900 partium shoc est	o 37 15	<i>Microm.</i>
<i>Maii</i> 28 die $\text{\textcircled{Q}}$ vesp.	9 56 o	Dist. <i>Satur.</i> & <i>Jov.</i> inventa est 5325 partium ; hoc est	o 40 29	<i>Microm.</i>

Ex quibus *observationibus* cuilibet nunc liquidum est, cum distantia *Saturni* & *Jovis* de die in diem continuo decreverit ad 18. *Maii*. & ab hac die rursus creverit, *Conjunctionem* horum *Planetarum* eadem ipsa die etiam accidisse, & quidem, (uti ex *observationibus* diei 15. & 20. *Maii* patet) hora antemeridiana 10 : quæ secundum *Ephemeridum scriptores* die 26. primum ingrae dehuit. Sic ut hæc tertia & ultima hujus Anni *Conjunctionem magna* pariter haud mediocriter. *Tabulas* eluserit ; itaqidem quod citius ultra 8. integros dies *revera* contigerit.

De cœtero, hanc ultimam *conjunctionem* jam celebratam die sc. 18. *Maii* vesp. hor. 10. fuisse, ex eo liquet, quod *Saturnus* jam non amplius eo tempore ad orbitam *Jovialium* sub angulo versabatur recto ; deinde etiam, (uti ex subsequentium dierum *observationibns* videre est,) quod à die 18. *Maii* ad diem 28. quoque *Micrometro* distantiam *Saturni* & *Jovis* dirimere potui, continuo aucta fuit.

Ultimo, notandum quoque occurrit, cum die 21. *Maii* vesp. inter reliquas *observationes* etiam distantiam utriusque *Planetae* à stella superiori in pede anteriore dextro *Ursa majoris sextante* obtinuerim, atque eadem dicta stella cum utroque *Planeta* in eadem simul fere recta tum consisterent linea, quod promptum sit cuilibet *Rerum cœlestium cultori* dijudicare, an *observationes* meæ *sextante* nostro novo simul obtentæ, cum *observationibus* *Micrometro* captis omnino etiam convenient. *Sextante* distantia *Jovis* à dicta stella erat 32° 38' 40", & *Saturni* 32° 19' 45" ; sic ut genuina utriusque *Planetae* distantia extiterit 18° 55" ; *Micrometro* vero ea ipsa distantia inventa est ea ipsa die 21. sc. *Maii* 20° 9" ; sic ut *sextante* obtenta 1° 14" minor extiterit. Non est autem, mihi Amice, quod existimes, hoc vel illo instrumento me aberrasse, minime perfecto ; quippe *Saturnus* & *Jupiter* cum dicta stella non omnino in linea recta substiterunt ; prout cuilibet ex *Globo* & calculo patet, hincque necessario illa distantia *sextante* derivata etiam paulo minor oportuit esse. Proinde manifestum *sextantem* meum novum, etiam priori meo minime sit comparandus, haud esse tamen omnino contemnendum ; cum satis præcise etiam *Micrometro* ejusmodi subtilissimo instrumento respondeat.

Hæc sunt *Vir Honorande*, quæ hac vice de tribus istis diversis *conjunctionibus* breviter tibi communicare volui ; fusiora suo tempore, ut dixi, expectabis. Si quid hujus generis ab aliis rerum Cœlestium *scrutatoribus* etiam impetraveris, rogo ut ea mecum pariter communicare haud graveris. Prima occasione tibi etiam nonnullas *occultationes*, ab initio hujus Anni currentis hucusque à me ex Cœlo impetratas, cum aliis quibusdam rebus, ut puto notatu haud adeo indignis transmittam. Interea fac, ut quam prosperrime valeas, atque amare persevera.

Tui vir Praeclarissime

Dabum Gedani Anno
1683 die ipso Solstitii
Æstivi 21. Junii st. n.
Alto sole in Meridie
59.7'

Amantissimum

J OH. HEVELIUM

Quadrante quidem parvulo *Orich.*
sed tamen satis accurato.

J OHANNIS